tristicia. Et quia celebratur ad imitacionem mortis Christi osculum non datur. Inc
quia nec illi. Purgatio mortui hominis. per sacrificium sacerdotis. iii. et vii. die cognit[?]
humane nature. Constat enim homo anima in corpore. Anima que ternaria colum[?]nis eri
gitur. ut diligat deum toto corde. tota anima. tota virtute. Et quod ipsa deliquit
in his diluatur. iii. die pro eo missa celebratur. Corpus vero iiii elementis constat. Et ut
peccatum purgetur quod gerit per corpus. iiii die: post. iii. id est sexta post mortem
ei subuenire cupimus. denario numero ter ducto. xxx^ta^ fiunt. Per denarium de
calogum legis. per ternarium trinitas significatur. Et ideo tricesimo die celebratur mis
sa pro defunctis. ut quicquid per decalogum legis deliquerunt contra sanctam trinitatem di
luatur. Anniversarii dies ideo repetuntur pro defunctis quoniam nescimus qualiter se ha
beant in alia vita. Sic sanctorum anniversarii dies eorum nobis in memoriam reducunt
et ad utilitatem eorum. Sicut oves que nocte conducuntur in ovilibus; matutina
hora exeuntes ad pascua. necesse est ut habeant pastorem qui eas deducat. et
sibi luporum defendat. sic primo diluculo surgentes. necesse est ut habeamus doctorem vel
pastorem qui nos ad spiritualem pastum deducat. et ab insidiis diaboli defendat. Unde
idem pastor noster. summum pastorem deprecatur dicens. Deus in adiutorium meum intende. Sequitur
gloria sancte trinitatis. quam in primo deprecati sumus in adiutorio. Deinde sequuntur psalmi qui
nos defendant. et sustentant. usque ad plenam tertiam. Ubi[?] et kyrrieleyson dicimus maies
tatem domini ante et supra humanitatem recolimus. Si semel unam divinam substantiam.
Si ter. trium personarum significamus distantiam. Quando Christe eleyson dicimus nostram naturam
a Christo adsumptam representamus. Si semel solum sine peccato inter homines conversatum. Si ter
ab substantia trinitatis non fuisse separatum. Quando tertium kyrie. dicimus illam naturam
quam Christus habet post resurrectionem cum patre et spiritu recolimus. Qualiter semel vel ter
intellegamus supra dictum. Oratio dominica. Et credulitas et preces consequuntur. pro mi
nimis dicuntur peccatis. psalmi penitentiales pro maximis in quibus sacerdos vicem
tenet Christi inter nobiscum manentis et patrem pro nobis interpellantis. Sicut vero
horis in fine surgens populum salutans et benedicens. Christum significat resurgen
tem. et discipulos. Salutantem in monte oliveti ante ascensionem benedi
centem. Populus deo gratias agendo ad presbiterum reversus significat discipulos cum gratiarum
actione. post ascensionem in iherusalem revertentes. Tercia hora descen
dit spiritus sanctus super discipulos ideoque hac hora convenimus in divino servicio ibi